

# DUDAS DEL CONCILIO TARRACONENSE DE 1565 RESUELTAS POR LA CONGREGACION DEL CONCILIO

Creada la Sagrada Congregación del Concilio en 1564, con la misión de interpretar los decretos tridentinos, se dirigió el 23 de octubre de 1565 a ella el Cardenal Arzobispo de Tarragona pidiendo que se aclarasen algunos puntos dudosos. Transcribimos, tomando el original de los archivos vaticanos, las dudas propuestas y las resoluciones que sobre ellas recaeron.

## DUBIA CONCILII PROVINCIALIS TARRACONEN. CIRCA CONCILIUM TRIDENTINUM, MISSA A CARDINALI S. SIXTI 23 OCTOBRIS 1565

1] An habentes dignitates vel canonicatus vel portiones aut alia beneficia in ecclesiis cathedralibus vel collegiatis et simul obtinentes, ex dispensatione vel alias, ante Concilium Tridentinum, rectorias sive alia beneficia curata, cogantur potius residere in curatis beneficiis quam in aliis ecclesiis sub poenis contentis in decretis de Residentia.

2] An in eodem casu residentes in curatis lucrentur fructus aliorum beneficiorum qui dantur absentibus vel etiam eos quos lucrentur presentes et distributiones quotidianas.

3] An ita absentes et residentes in curatis possint cogi ad servitia eorum beneficiorum in quibus non resident, et an possint procedi contra eos iuxta c. XII, sess. 24 et alia decreta eiusdem concilii.

4] An omnia supradicta procedant etiam contra abbates et alios obtinentes beneficia regularia vel secularia cum cura spirituali vel iurisdictionis et simul obtinentes rectorias aut parochiales ecclesias, cum dispensatione, aut etiam dignitates vel canonicatus cum eisdem abbatibus vel aliis beneficiis curatis.

5] An obtinentes cum dispensatione duo curata cogantur alterum resignare, attento quod non potest in utroque residere, vel possit eligere in quo velit residere, vel possit variare.

6] An per decreta de Residentia et alia sub Pio IV, sit derogatum dispensationibus sub Paulo III et Iulio III approbatis, presertim dispensationi iuxta cap. [de Residentia?].

7] An obtinentes duas parochiales ecclesias tenues, cogantur alteram dimittere, sive sint propinquae, sive longius distantes.

8] An ex decreto de pluralitate beneficiorum possit habenti duo beneficia, quae non sufficiunt ad eum sustentandum, dari tertium, quod aut per se sit sufficiens aut simul cum alio vel aliis, et an ita dari possint alia multa.

9] An stante consuetudine vel statuto quod dignitates vel prepositurae dentur tantum canonicis et non requiratur dispensatio ad ea simul obtinenda.

10] An possit conferri canonico dignitas vel prepositura vel aliorum eorum, etiam si singula per se sint sufficientia ad sustentationem.

11] An abbates et priores et canonici regulares et alii obtinentes a sede Apostolica in titulum vel commendam sua beneficia, cogantur servare paupertatem et communionem rerum cum aliis monachis et possint cogi ad id a superioribus iuxta decreta de Regularibus in primo et secundo capitulo.

12] An clausura monialium sit commissa episcopis in quibuscumque monasteriis, etiam eis non subiectis.

13] An licentia exeundi sit approbanda per episcopos etiam monachis subiectis monasteriis.

14] An ubi numquam fuit clausura sit servanda, saltem iuxta formam concilii in ingressu et exitu.

*La Congregación del Concilio resolvió las dudas que anteceden de la manera siguiente:*

Ad I) Tenentur residere in curatis, nec excusantur ratione alterius beneficii, Ses. 23, c. I, circa finem [sess. 23, can. VIII, c. I].

Ad II) Dummodo resideant in curatis lucrantur fructus aliorum beneficiorum solitorum dandos absentibus praeter distributiones, que tamen et eis dantur in cassu. Sess. 22, c. 3 in fine.

Ad III) Non possunt cogi ad servitia personalia, quia per eos non stat, cum non possint deserere curam, lege prohibente.

Ad IV) Idem servandum quod supra; nam prius residendum ubi est parochialis.

Ad V) Non cogitur nisi sint due parochiales. Sess. 24, c. 17. Et potest eligere vel variare, dummodo semper in altero resideat.

Ad VI) Circa plures parochiales est derogatum dispensationi. Sess. 24, c. XVII. In aliis beneficiis, residentia est in curato, ut supra.

Ad VII) Tenetur altera dimittere vel uniatur. Sess. 21, c. V.

Ad VIII) Non prohibetur dari.

Ad IX) [Detur cuilibet] nisi de consuetudine.

Ad X) Non potest, quia utrumque personalem residentiam requirit. Sess. 24 cc. XII et XVII.

Ad XI) Non videtur loqui de commendis. De his autem que habent titulum si sunt obedientiarum, tenentur ad communionem et paupertatem. Si autem habent titulum in ecclesiam non subditam monasterio, habentur tamquam clerici seculares et desinunt esse monachi eiusdem monasterii Abb. c. II, n. 3: *De statu monachorum*: alias non licet nisi ut peculium, abb. d. c. II.

Ad XII) Est commissa generaliter. Sess. 25, c. V.

Ad XIII) Est probanda.

Ad XIV) No hay la resolución dada a esta pregunta.

(Roma, Arch. Vat. Fondo Concilio 104, n. 42, fol. 130 (fol. moderno 232).

JOSÉ RIUS SERRA

Archivero de la Sagrada Congregación de Ritos